8973 L. Octavio Cornelio P. f. Salvio Iuliano | Aemiliano[1] Xviro, quaestori imp. | Hadriani, cui divos Hadrianus soli | salarium quaesturae duplicavit | propter insignem doctrinam[2], trib. pl., | praef. aerar. Saturni item mil., cos.[3], | pontif., sodali Hadrianali, sodali | Antoniniano, curatori aedium | sacrarum[4], legato imp. Antonini | Aug. Pii Germaniae inferioris[5], lega|to imp. Antonini Aug. et Veri Aug. | Hispaniae citerioris, procos. | provinciae Africae, patrono, | d. d. p. p.[6]

Rep. loco Africae dicto Sûk-el-Abiôd, ubi fuit Pupput, cf. supra N. 6788 (VIII S. 24094 vidit Merlin; ipse vidi ectypum). Tractavit Mommsen Ges. Schriften II 1 seq. — 1) *Est notus auctor iuris plerumque dictus Iulianus vel Salvius Iulianus (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 164), P. Salvius Iulianus in mentionibus quibusdam consulatus (Publii praenomen omissum esse mirum, sed cf. infra N. 9052 not. 12).* — 2) *'Sub divo Hadriano perpetuum composuit edictum' (Eutrop. 8, 17).* — 3) *A. 148 cum C. Bellicio Torquato.* — 4) *Curator aedium sacrarum fuit a. 150 una cum Popilio Pedone (supra N. 1071), teste titulo VI 855:* locus adsignatus a Salvio Iuliano et Popilio Pedone cur. aedium sacrarum locorumque publicorum; dedic. XIII k. Oct. Gallicano et Vetere cos. *Nota Salvium Iulianum in titulo ipsi dedicato dici curatorem aedium sacrarum, Pedonem (supra N. 1071) curatorem operum publicorum.* — 5) *Ad hanc legationem eius pertinet titulus supra N. 7776.* — 6) *Decreto decurionum (sc. Puppitanorum), pecunia publica. Iulianum ex Africa oriundum fuisse ex hoc t. colligi nequit.*

8974 Cn. Iulio Cn. | fil. Vero cos. | desig. II, augur. | . .

Rep. supra Salonas in ripa sinistra fluminis Cetina, loco dicto Rumin, ex adverso vici Čitluk (III 8714 Bulič bull. dalm. 9, 193 vidit ectypum). Fuisse partem superiorem lapidis supra N. 1057, eodem fere loco reperti, perspexit Ritterling Westd. Korresp.-Bl. 1903 p. 216. De hoc Iulio Vero cf. infra N. 9116. Legatus Britanniae fuit a. 158 (cf. ib. not. 5), legatus Syriae inter annos 163 et 165 (supra N. 5864). Consul primum fuit sine dubio sub Antonino Pio, consul iterum sub M. Aurelio.

8975 . . . . *f.* . . . . *Fufi*]cio Cornu[*to*[1] . . . . | . . . . *cos., sodali Titia*]li Flaviali, leg. Aug. p[*ro pr. prov. Pannoniae super.*[2] . . . ., | . . . . *leg. leg.*] . . . . quae est in Moesia . . . . . | . . . . [*leg. Aug. iuridico per As*]tyriam et Callaecia[*m*[3], ... | . . *praet. cand., tri*]b. pleb. candidato, [*quaestori*, . . . | . . *trib. leg.*] . . . . . donis militarib. [*donato a divo* | *Traiano bello Parthico coronis vallari et*] murali, vexillo ar[*genteo*[4], *hasta pura,* | *leg. pro pr. imp. Antonini Au*]g. Pii provinciae M . . . . .[5] | [*L.*] d. d. [*d.*]

Casalbordino prope Histonium (Vasto), oppidum Frentanorum, rep. (C. Mancini Atti della R. Accad. napol. di archeologia XVIII 1 n. 4, Rendiconto 1896 p. 50, cf. Huelsen Roem. Mitth. 1896 p. 253; tractavit etiam Ritterling arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 20, 1897 p. 21). — 1) *Nomen suppletum ex tegula Histonii reperta IX 6078, 91 et ex diplomate militari (cf. not. 2).* — 2) *Suppletum ex diplomate militari C. III p. 1984, quod videtur datum inter a. 138 et 146.* — 3) *Cf. supra N. 1070. 1079. 2299.* — 4) *Cf. supra N. 1025. 1352. 2719. 2746. 8863.* —

archive.org